



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Art. I. Origo Pelagianæ hæredis describitur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

DISPUTATIO PRIMA

De Hæresi Pelagiana.

NON intendimus hic ea quæ ad sufficientiam & efficaciam divinæ gratiæ, aliasque controversias, ad Tractatum de auxiliis pertinentes, spectant, retolvere; cum hoc à Summis Pontificibus Paulo V. Urbano VIII. Innocentio X. & Alexandro VII. severissime cautum sit: sed ea tantum quæ ad Pelagianæ & Semipelagianæ hæresis historiam pertinent, breviter dicere; ut expulsi errorum nebulis, veritatis catholice radiis, & divinæ gratiæ splendor magis effulgeant.

ARTICULUS PRIMUS.

Origo Pelagianæ hæresis describitur.

ET si aliqui existiment Pelagium fuisse primum inter hæreticos, qui gratiæ Dei efficaciam & necessitatem sustulit, idque videatur innuere Vincentius Lirinensis in libro adversus hæreses, ubi ait: *Quis unquam ante prophetam illum Pelagium, tantam virtutem liberi præsumpsi arbitrii, ut ad hoc in bonis rebus per singulos actus adjuvandum, necessarium Dei gratiam non putaret?* Verum tamen certum est, multo ante Pelagium difficultates istas de gratia & libero arbitrio incipisse. Nam, ut omittam Judæos, qui, ut ait Augustinus, *Per legem iustificari arbitrabantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio;* Unde Apostolus (ut notat idem S. Doctor) gratiam Dei in suis Epistolis adeo extollit & commendat, ut prædicator gratiæ appellari meruerit, propter Judæos qui de lege gloriabantur, & libero arbitrio legem sufficere arbitrabantur: omnis inquam, Judæis, ad legem Moysis pertinentibus, initio nascentis Ecclesiæ, & in ipso ortu legis Evangelicæ, Simon Magus in disputationibus habitis cum D. Petro, Apostolorum Principe, & efficaciæ divinæ voluntatis & gratiæ liberum nostrum arbitrium negavit, ut refert S. Clemens lib. 3. recognitionum. De quo videri possunt quæ in Tractatu de prædestinatione, ex Reverendissimo Patre Libelli, Sacri Palatii Magistro, retulimus, & de verbo ad verbum transcripsimus, item Clemens Alexandrinus, qui floruit anno 204 lib. 3. Stromatum initio scribit Basilidem, Valentinum, & Marcionem, assertisse homines per naturæ vires posse credere, bene operari, & salvari. In hoc tamen errore impugnando non sunt immorati Patres qui illo seculo floruerunt, & contra illos Hæreticos scripserunt; quia circa aliam errorem, quo illi Polytheismum, seu Deorum multitudinem moliebantur, introducere, quique tunc majus negotium facessabat, erant intenti.

Basilidi & Valentino successit Origenes, qui eundem errorem de sufficientia liberi arbitrii, ad bene operandum sine gratia, renovavit, dixitque Deum dare nobis ut possimus, non autem ut

Tom. 1. V.

velimus & agamus; sicut refert D. Thomas 3. contra Gent. cap. 89. ubi sic ait: *Quidam non intelligentes qualiter morum voluntatis Deus in nobis causare possit absque præjudicio libertatis, equati sunt has auctoritates male exponere, ut scilicet accerent quod Deus casual in nobis velle & pericere, in quantum dat nobis virtutem volendi, non autem sic quod faciat nos velle hoc aut illud: Sicut Origenes exponit lib. 1. Periarchon, liberum arbitrium defendens contra auctoritates prædictas. Unde Origenes primum, aut saltem præcipuum Pelagianæ hæresis architectum, plures existimant, & satis agertè colligitur ex D. Hieronymo Epist. ad Celsiphontem, ubi alloquens Pelagium, ait: *Doctrinam Origenis ramusculis est: & in præfat. lib. 1. Commentariorum in Jeremiam, Crunian (quo non sine Ruffinum Origenis discipulum & sectatorem indigere solet) Præcursorem Pelagi nuncupat. Ab eodemq; Ruffino te audivisse, non traduc peccatum originale, affirmavit Celestius, Princeps Discipulorum Pelagi, in judicio Episcopali Carthaginensi, in quo fuit damnatus, & ab Ecclesia Carthaginensi excommunicatus, ut refert Augustinus lib. de gestis Pelagii cap. 22.**

Ex illorum ergo Hæreticorum facie ac cineribus Pelagiana hæresis, ut virulenta viperæ, profilit, & obstruit, tante manu Diaboli, deductus est coluber ille tortuosus, qui totum gratiæ Dei spiritum, morsu venenoso extinguit, conatus est. Fuit autem Pelagius ratione Britannus; unde à Prospero in carmine de ingratiss, Coluber Britannus, appellatus est. Vel ut magis placeat, D. Hieronymo, præfat. in 3. lib. in Jeremiam, Scotus: *Latrat, inquit, per Alpinum canem (Celestium scilicet ejus Discipulum) grandem & corpulentum, habet enim originem & dote gentis de Britannorum victimæ. Professione fuit Monachus, ingenio præstanti & acuto, eloquioque facundus, ut sæpè affirmat D. Augustinus, idque largi testantur tum ejus Epistola ad Demetriadem virginem (qua habetur inter supposititias D. Augustini) tum quedam scriptorum ejus fragmenta, relata & fixata ab eodem S. Doctore variis locis. Quare minus assentior D. Hieronymo, qui in Epistola ad Celsiphontem, præfixa tribus libris Dialogi, adversus Pelagianos, & lib. 2. ejusdem Dialogi, & in præf. lib. 1. Commentariorum in Jeremiam, ejus ingenium despicit, & tanquam loquendi imperitum deridet.*

Moribus etiam illum adeo fuisse probum & religiosum, ut pro sancto, & in virtutibus Christianis eximie profecto, haberetur; testatur S. Augustinus lib. 3. de peccat. meritis cap. 1. his verbis: *Post paucissimos dies legi Pelagi quædam scripta, viri, ut audio, sancti, & non parvo prædicti Christiani. Idemque confirmant aliqui ex Epistola 4. Chrysostomi ad Olympiadem, ubi sic ait: De Pelagio Monacho magno dolore affectus sum. Cogita igitur quot quantisque coronis digni sint, qui per te amito, in acie steterunt, cum viros tam pios, ac sanctos, tantæque tole-*

A 2

stantia

tantis, viventes, abripi, atque in fraudem impelli videamus. Quamvis alii existimant Pelagium illum de quo loquitur Chrysostomus, non fuisse hunc hærarcham, cuius errores recensimus: quia (inquiunt) hæc Epistola Chrysostomi scripta fuit anno Chisti 401, quando in exilio verfabatur, ut patet ex ejus lectione; Pelagius verò adhuc famâ sanctitatis florebat anno 413, quo a nobis liberos de peccatorum meritis scripsit Augustinus, postquam anno superiori 412, Celestius apud Carthaginem in Episcopali judicio excommunicationem meruisset, ut ipse ait lib. 2. Retract. cap. 33.

Sed quidquid sit de hoc, innotuit Pelagii mores periplexisse videtur Isidorus Pelusiotâ, magni illius Chrysostomi discipulus, qui Monachum agens in Oriente, & Pelagii etiam Monachi actiones pressius examinans: easque ad statum appendens, invenit minus habentes, nec aut togorem esse quod exterius aliquando in Pelagio effulgebat, sed aurichalcum: unde vagum ejus animum de monasterio in monasterium avolantem, & delictis ac vitæ meliori inhiantem, ac nuditatem carnis, & ventris gloriâ appetentem lib. 1. Epist. 314. his verbis describit: Tibi ingens annorum turba canitiem invenit, & tamen rigidum atque inflexum animum habes, ex alio monasterio ad aliud ibidem migrans, & que omnino in se persequans & explorans. Quamobrem sibi carnis nidor, atque obsoniorum condimentum cura est, ut qui magistratus gerunt potius blandire, atque arbitrium caminis vestigia, neque enim homines Eremitæ, facultates eas habent, ut te quædam modum tibi gratum esse excipere valeant. Id ipsum testatur Orofius in Apologia, ubi de Pelagio loquens, ipsum Monoculum appellat, & cuius suam prævid magis curasse, quàm Monachum deceret, affirmat. Et certe non potuit inimici gratiæ, ventris non esse amicus, & qui gratiæ Dei non curabat stabilire cor, ceteris carnalibus non inhiare; gratiæque spiritui contumeliam faciens, consequens erat, ut male blandas carnis delicias effundere quæteret, ac de numero eorum esset, de quibus ait Apostolus ad Philip. 3. Quorum Deus venter est, quia nimirum in ventris deliciis, & carnis voluptatibus, ultimum finem constituunt.

ARTICULUS II.

Varij status Pelagianæ hæresis recensentur.

Qui accuratius SS. Patrum volumina scrutati sunt, varios Pelagianæ hæresis status seu gradus distinguendos esse censent. Primus fuit veluti Ethnicismus à Philosophis acceptus; in quo Pelagiani, nulla præter mentionem gratiæ, naturam hominis sufficere dicebant ad quæcumque opera virtutum exercenda, ad servanda omnia Dei mandata, & vivendum sine ullo peccato, ac dignum ad æternam felicitatem consequendam. Unde Pelagius Epistola ad Demetriadem nobilissimam virginem cap. 2. sic ait: Quoties mihi de institutione morum & sanctæ vitæ conversatione dicendum est, soleo primò humanam naturam qualitatibusque monstrare, & quid effici possit ostendere, ac jam inde audientis animum ad species incitare, virtutum, &c. Optima enim animi incrementa sunt, cum docetur aliquis posse quod cupiat.

Hunc Pelagii errorem variis in locis reprehendit ac detestatur Augustinus in eam lib. 3. con-

tra Julian cap. 3. hæc scribit: Natura ista in tantâ & tam manifestis collapsis infirmitatibus, liberatorem, mundatorem, redemptorem Christum habere necessarium, non Iulianum, non Celestium, non Pelagium laudatorem. Et lib. 3. contra duas Epistolas Pelagian. cap. 14. Non sic (inquit) debemus laudare Creatorem, ut cogamur dicere, in eo verò convincamur duere superfluum Salvatorem. Naturam hominis dignis laudibus honoramus, easque laudes ad Creatoris gloriam referamus: sed quia non creavit, ita finis grati, non finis quia sanat in grati.

Hunc verò statum Pelagianismum ad Paganismum potius quàm ad hæresim dixerimus pertinere, quia asserere, hominem ipsi sibi, repudiato omni, siue Dei, siue alterius adiutorio, ad omnem virtutem, sapientiam, fortitudinemque sufficere, purumque Ethnicæ Philosophiæ somnium est; ut patet ex his verbis Senecæ Epistola 53. Pelagio præcipientis: Est aliquid quo sapiens antecedit Deum; ille natura beneficio, non suo sapiens est. Ecce res magna habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. Ecce tuo beneficio, non Dei auxilio, sapientem fieri hominem putas! Unde Epist. 20. Huc (inquit) cogitationes tue tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus ut contentus sis temetipso, & ex te nascantibus bonis. Quæ potest esse felicitas Deo propter? Quali ceterorum bonorum vota Deo essent remittenda; ad parandas verò animi opes, homo sibi ipsi sufficeret. Quare rursus Epist. 124. ait. Vnum bonum esse, quod beata vita causa & firmamentum est, sibi fidei. Similia habet Tullius in libro de natura Deorum, ubi in persona Cottæ inquit, Quia sibi quisque virtutem acquirit, neminem unquam acceptam Deo retulisse; propter virtutem enim iure laudamur, & de virtute recte gloriamur; quod non contingeret, si id donum à Deo non a nobis haberemus. Et paulo post subdit: Iudicium hoc unicuique mortalium est, fortunam à Deo petendam, a seipso sumendam esse sapientiam.

Ex his impuris prophaniæ & gentilis Philosophiæ lacunis, hausta videntur illa Pelagii verba quæ tantopere Augustinus detestatur: Spirituales divitiæ nullis tibi præter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda es, in his merito ceteris preferenda es. Nisi ex te et in te esse non possint. Unde Faustus lib. 1. de gratia cap. 1. hæc scribit: Pelagius dicit quod ad obtinendam salutem natura hominis sibi sola sufficit.

Secundus status seu gradus Pelagianæ hæresis fuit veluti semi-ethnicismus, in quo Pelagiani naturam ipsam tanquam gratiam cognoscere & prædicare ceperunt. Cum enim Pelagius malè audiret apud Catholicos, quod necessitatem gratiæ negaret, ad declinandam invidiam, & faciem Catholicis faciendum, moderationem quandam suæ sententiæ specie tenus adhibuit, cepitque nomine gratiæ, liberum arbitrium intelligere; quia gratiâ Deo, id est nullis nostris præcedentibus meritis, in ipsa creatione nobis collatum; est & eatenus affirmavit, gratiam esse necessariam ad bene operandum, & peccatum vitandum; quatenus sine libero arbitrio, neque bene agere, neque à malo abstinere possumus. Sic testatur Augustinus serm. 11. de verbis Apostoli cap. 5, ubi de Pelagianis ait: Disputantes contra gratiam pro libero arbitrio, sece- runt auribus pie & Catholicæ confessionem; ceperunt horum verbi, ceperunt ut certa perniciem devitari, cepit de illis dici quod contra gratiam disputarent, & invenerunt ad relevandam istam invidiam tale commentum: non, inquit, contra gratiam Dei disputo. Vnde probet? Bo ipso (inquit) non